

26

DEUS BENEDICAT!
SPECIMEN ACADEMICUM,

De

METHODO
EXISTENTIAM DEI
ex
ORDINE NATURÆ
DEMONSTRANDI,

QUOD,

Consentiente Ampliss. Facult. Philosoph.
in Reg. Acad. Aboënsi,

Sub PRÆSIDIO

MAXIME REVERENDI atq. AMPLISSIMI VIRI,

DN. MAG. CAROLI
MESTERTON,

Log. & Metaph. PROFESS. Reg. & Ord.
Publico bonorum examini submittit

PETRUS ENBLOM,

OSTRO-GOTHUS.

In Auditorio Maximo, Die 6. Junii, MDCCCLII.

H. A. M. S.

ABOÆ, impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB. MERCKELL.

VIRO Amplissimo atque Consultissimo
DOMINO,

DN. JOHANNI VOIVALENIO,

Per Districtus Säxmäkiæ inferioris nec non superioris
JUDICI TERRITORIALI Aquisfimo,
NUTRITIO INDULGENTISSIMO.

Dilm singularia naturæ ac industrie munera , quibus Te
Amplissime Vir cumulatum & auctum , nullus , cui
notus factus es , non suspicit vel admiratur , animo me-
ditatus , justamqne venerationem , quam excellens Tuum in-
genium habet , intuitus fui , facile perspexit , vix ulla excogita-
ri posse vela , quibus audaciam obtendere possem meam , &
opusculum hocce nullo nitore splendescens . Nominis Tuo ad-
scribere non dubitarem ; fluctuantem vero confirmavit memoria
indubii , quo me semper amplexus es , favoris , nibil nisi bene-
volentiam spirantis . Hac nullam reliquit ansam dubitandi ,
quin

quoniam eo benignius studiorum meorum primitias excipere velis,
quo, me ita Tibi reddidisti obstrictum, ut nefas ducam No-
men Tuum non prosequi, ac beneficia in me collata prede-
candi, quamque captare occasionem. Favens ergo suscipe Vir
Amplissime humillime queso, Specimen bocce Academicum,
enim licet splendore destitutum, nisi quem ex Nominis Tuo
sibi prefixo, mutuari ausum est; meque in posterum eodem am-
plexere favore, ut de Tua in me benevolentia ac propenso ani-
mo semper mihi gratulari queam. Ego vero nihil antiquius
babebô, quam calidissima fundere suspiria velit. Summus rerum
Arbitrus, valetudinem Tuam in nesciosis annos farram te-
ctamq; consecrare, ut in Nobilissimæ Tuæ Familiæ, clien-
tumque omnium commodum quam diutissime vigeas ac floreas!
Nullo non tempore mansurus

AMPLISSIMI NOMINIS TUI

ANNO DOMINI

Dr ERIGO DAHL

ANNO DOMINI

ERICO DAHL

cultor humillimus,
PETRUS ENBLOM.

VIRO Admodum Reverendo atque Preclarissimo,
DN. MAG. ZACHARIÆ
JURINGIO,
OB PASTORI in Eneby & Rissa Vigilantissimo,
FAUTORI Maximo,
Quavis observantia colendo.

VIRO Plurimum Reverendo & Doctissimo,
DN. A N D R E Æ
SÖSSBREK,
COMMINISTRO in Eneby & Rissa Meritissimo,
FAUTORI Singulare.

Reverendo ac Eruditissimo DOMINO,
DN. ERICO DAHL,
Verb. Divini in Rijmotto, PRÆCONI Fidelissimo,
AMICO Singulari.

Quoniam elucescerit optata dies , qua , grati
animi signum publice exhibere liceat. Jubet,
Fautores optimi , pium in Vos obsequium , ut
omni
ETRUS ENDROM

omni tempore reverentiam detester erga Vos meam.
Tot enim tantaque Votra in me collata sunt be-
neficia , quanta unquam optare potuissim. Sed
quia aliter gratius esse nequeo , suscipiatis , rogo ,
Fautores optimi , bonique consulatis huncce studio-
rum meorum juvenilem fætum non aliter ac pi-
gnas summae perpetuaeque meæ in Vos reverentia
nominibus adscriptum Vestris , meque in posterum
benigno affectu amplectamini. Quod superest , ca-
lidissimis contendam precibus , velit DEus Ter
optimus , Vos , Fautores optimi , in seros annos
incolumes servare , ut omnia Vobis felicia contin-
gant , hoc precari dum vixerit nunquam desinet.

Admodum atque Plurimum Reverendorum
NOMINUM VESTRORUM

enker bumilius obseruantissimus,
PETRUS ENBLOM.

Bruks - INSPECTOREN,

Ädel och Högachtad

Herr GUSTAF GADDELius,

Min Gunstiga Gynnare.

Bruks - BOKHÄLLAREN,

Herr JOHAN KIELLSTRÖM,

Min Förtrogne Gynnare.

AT intet hafwa ertedda wälgiärningar uti ett tackfamt sinne förwarade, woro wisserligen ett rör af all ährbar billighets förgätande. Til undwikande af så wdriga omdömen har jag billig skattat friheten, at EDER mina HERRAR tilägna detta korta Arbete. I förmidan, det blifwer gunstigt uptagit, icke som den minsta godhets wergällning, utan som ett wälment tackfamhets prof. I förhoppning om widare Gunst. Önskar EDER och EDRA Hus all fällhet ock lefwer

Mina Gunstiga Gynnares

ESTRUS ENBLOW,

Börsammatte tjenare,
PETRUS ENBLQM.

D. D.

§. I.

ARgumentorum pro existentia Numinis cuius-dam plenus est mundus, pleni sunt multi libri. Siquidem alia *Metaphysica* sunt: ex ipsa quippe Numinis sive Entis perfectissimi notione, vel a necessario motus & causarum secundarum principio, vel denique a rerum existentium contingencia desumpta. Alia *historica*: nempe ab humani generis, rerum publicarum ac scientiarum origine & incrementis, nec non a gentium quarumcunque consensu de prompta. Alia *moralia*: quo mortalium connatus Divinitatis tensus, & naturalis ad cognoscendum DEum propensio, & infinitæ perfectionis desiderium, & prava sceleratorum conscientia, communiter referuntur. Alia *Physica & Mathematica*: utpote a rerum naturalium finibus, admiranda universi atque animalium constructione, naturæ denique ordine repetita. Nullum horum omnium temere spernendum aut reji-ciendum esse argumentum existimo, modo prudenter

A

atque

atque opportune eadem adhibeantur. Qui igitur ab ordine universi ad auctorem ordinantem argumentantur, vitium in materia admittunt, quod fallaciam dicti simpliciter appellant Logici. Sumunt enim tanquam simpliciter verum, ubi datur ordo, ibi datur ordinans, quod non nisi secundum quid, de ordine nempe contingente intelligendum est. Methodi hujus Patroni rem suam præclare egisse sibi videntur, dum regerunt, quando principium illud ad ordinem naturæ applicatur, illud sumi de ordine contingente. Quasi vero sufficiat sumi quod a *Spinoza* aliisque fatalistis negatur, ordinem naturæ contingentem esse, non vero probari debeat? ut igitur appareat, probationem non adeo facilem esse, ut prætermissi debeat, sequentia L. B. observes velim.

§ II.

Qui in ardua de existentia DEi doctrina utuntur tanquam principio concessio, ubi datur ordo, ibi datur ordinans, supponunt nullum esse ordinem absolute necessarium. Hocce autem principium esse falsoissimum monstrant multa Matheleos puræ capita, ubi elegantissimus ordo observatur in absolute necessariis, ob quem e. gr. potentiae infinitæ numerorum itemque infiniti numeri polygoni unica formula generali comprehendendi possunt. Quid itaque obstat, quix ordinem naturæ dari largiamur, & tamen

men inde existentiam DEi demonstrari posse negemus. Quod si vel maxime ex assumitis eandem intuleris; non tamen vi notionis ordinis eandem collegisti, sed vi notionis cuiusdam alterius, ad quam phænomena, unde eam deduxisti referuntur. Omnis quæstio huc itaque redit, num vi illius principii, quod ordo contingens non possit concipi sine ordinante, ex iis, quæ in mundo hoc adspectabili observantur, concludi possit existentia DEi. Recte igitur monere mihi videor, ex ordine nature, non ex eo quod quis denominandi licentia nature ordinem appellat, existentiam DEi demonstraturum, primo omnium loco probare debere, quod detur ordo.

§. III

Ne impingamus in eundem scopulum; in quem permulti impingunt, qui crassos libros de rebus, quas nusquam definiverunt scribunt, hoc est, de rebus sibi ignotis; ab initio hujus §. monemus nos voce ordo intelligere similitudinem in modo, quo plura conjunguntur vel le invicem seqvuntur. Sic acies ordo est, quoniam observatur perpetua serierum cornuum, & stationum militarium similitudo. Vi etiam hujus definitionis erdo tribuitur elementis Euclidis, ob similitudinem obyiam in modo, quo defini-

nitiones ac propositiones se invicem conseqvuntur. Cum series Entium finitorum , tam simultaneorum , quam successivorum inter se connexorum mundum absolvat , duplex omnino ordo in mundo tam coëxistentium , quam successivorum detur. Quæritur adeo , an existentiam DEi demonstratus ad ordinem in successivis , an ad ordinem in coëxistentibus , an ad utrumque respicere debeat. Quam ob rem suspiecio haud levis oritur , utrum ordo universi idem sit , quem naturæ ordinem appellamus , vulgo naturæ ordinem cum ordine mundi seu universi confundunt , qui se ordinem mundi perspexisse arbitrantur , cum ne naturæ quidem ordinem cognoverint , unde præcipitantium evitaturi attentio excitatur , ut in notionem naturæ ante inquirat , quam vel de identitate , vel diversitate pronunciet. Et ita beneficio notionis ordinis in genere , tanquam directricis , demum intelligitur quid sit agendum , ubi ex ordine naturæ existentiam DEi demonstrare volueris.

Maxime etiam incumbit , ut ostendatur ordinem huncce naturæ esse contingentem. Leges motus cum non sint absolute necessariae sed contingentes , &

ordo naturæ motus regulis contineatur ; talis ipse erit
 quales sint regulæ motus , hoc est contingens , si re-
 gulæ motus sint contingentes . Quare cum regulæ motus
 sint contingentes , ordo naturæ contingens est &c a ne-
 cessitate absoluta liber . Non adeo facile est probare
 contingentiam ordinis naturæ , si demonstrationem
 per continuam revolutionem ad principia prima re-
 ducere volueris . Absque probatione igitur non de-
 cet philosophum sumere , ordinem naturæ esse con-
 tingentem ; sed idem demonstrandum est , antequam
 ex ordine naturæ existentiam DEi colligere potest .
 Si quis vero sibi persuadet , tum demum argumen-
 tum pro existentia DEi ab ordine naturæ esse vali-
 dum , si precario sumatur dari ordinem naturæ & de
 ejus contingentia , ne per somnium quidem cogite-
 tur , hoc est , si argumento omne suum robur au-
 feratur ; ex adverso autem idem corruere , si &
 dari ordinem naturæ & eum esse contingentem de-
 monstretur , hoc est , si argumento omne , quod
 habere debet , robur addatur ; is non modo se Lo-
 gicæ prorsus imperitum probat , vero etiam ma-
 nifesto indicio prodit , se nondum historica re-
 rum philosophicarum cognitione animum imbuuisse .
 Quod si quis tam audax fuerit , ut adeo ab initia a-
 liis persuadere velit ; is aliis fungum pro cerebro
 esse existimat . ¶ 101 ¶
 nos habebit manuibus tuis regnum Iesu Christi enib-
 emusq; solidum etiam . In regno eius misericordia
 nobis turbis horup , ibus istis nos scilicet illis

alio alii cisi , tamen non sicut est natura diversa
est et augustinus si . § . V.

Quod si constet nature ordinem esse conting-
tem , ex notione contingentiae demonstrandum ul-
terius est , dari illius ordinis auctorem . Per auctorem
ordinis intelligimus Ens , cui ea inexistunt , per quæ
intelligitur , cur hic potius sit nature ordo , quam
alius . Nimirum vi principii rationis sufficientis o-
stenditur dari necessario auctorem ordinis nature , quip-
pe vi cuius omnis casus purus excluditur ex univer-
so , hoc est , actualitas ratione sufficiente destituta ,
e. gr. si finges pluvia coelitus delapsa instar fungi
produisse hominem ex terra , istiusmodo hominis
ortus foret casus purus , tum destitueretur ratione
sufficiente , hoc est , non daretur neque in ipso ,
neque in terra atque pluvia quidquam , per quod
intelligi poterat , quomodo existentiam consecutus
fuerit homo . Postquam principium hocce rationis
sufficientis in controversiam adductum , nemo eq-
-rum qui idem impugnarunt , vel unicum exem-
plum afferre potuit , ubi rationis sufficientis de-
-cetum demonstrare licuerit . Deinde ubi sufficiente
acumine usus evincere volueris dari auctorem ordi-
nid nature , probandum tibi erit dari auctorem uni-
versi , seu mundi . Atque sic argumentum ab or-
dine universi contingente desumtrum redit ad con-
tingentiam ipsius universi . Satis ex hisce paucis
patet difficultas demonstrandi , quod detur auctor
ordinis

ordinis nature, si perspicacioribus satisfacere volueris: quod utique fieri debet, nisi in re maximi momenti argumento ad hominem, quod dicitur, contentus esse volueris.

§. VI. ad ei etiam invaco
Demonstraturo denique auctorem ordinis naturæ esse DEum necesse est, ut ostendat Ens, quod a se nomine DEi insignitur esse idem, quod Scriptura Sacra DEum vocat. Si enim evicerit, dari naturæ ordinem, eumque esse contingentem, & dari auctorem hujus ordinis, consequenter DEum, non aliud probavit, quam quod detur Ens, in quo ratio sufficiens continetur, cur hic potius sit naturæ ordo, quam aliis, atque hoc ens ab eo pro ea, quæ cuique est denominandi licentia DEus appellatur. Ostendere itaque debet non dari in ente aliquo rationem sufficientem ordinis nature, nisi eidem tribuantur attributa quæ solum DEO competere ex Scriptura Sacra constat, veluti omniscientiam & sapientiam &c.

§. VII.

Ex hisce paucis nunc abunde satis intelligitur, quam pueriliter de re tam ardua cogitent, qui methodum demonstrandi existentiam DEi ex ordine naturæ

euræ penitus confici sibi perivadent, aliisque persuadere conantur, quando jejuno ratiocinio inferuntur datur ordo naturæ. Ergo datur ordinans, consequenter *DEUS*. Proba enim dari nature ordinem: proba dari ejus auctorem: proba ejus auctorem esse *DEum*. Quod si non omnium rerum prorsus fueris ignarus ipso opere convinceris te de facultatibus tuis plus sperasse, quam in iis est. Cum enim ne quidem intelligeres, quid sit *ordo*, quid *natura*, fœcundis notionibus destitutus, nec ullam unquam demonstrationem rite evolutam per omnem vitam perceperes, quænam ad demonstrationem consummatam existentiæ Divine ex ordine nature requirantur decretoria sententia definire aulus tuisti cœcus de colore importune judicans.

TANTUM.

